

BOLETIN OFICIAL



DEL

Obispado de Osma.

SU MARIO.

Bendición de Su Santidad.—Constitución apostólica de *Romana Curia*.—Decreto de la S. C. de Ritos extendiendo á toda la Iglesia la fiesta de la aparición de la Virgen de Lourdes.—Reglamento del 2.^o Congreso de Música en Sevilla.—Aviso de la Secretaría de Estudios del Seminario referente al próximo curso de 1908 1909.—Casos para las conferencias morales de Septiembre.—Suscripción para el Santo Padre.—Necrología.

BENDICIÓN DE SU SANTIDAD

El día 4 del corriente mes, aniversario de la exaltación de Nuestro Santísimo Padre Pio X al solio Pontificio, le felicitó Nuestro Excmo. y Rvmo. Prelado en su nombre y en el del Clero y fieles de la Diócesis, dirigiendo un telegrama al Emmo. Sr. Cardenal Secretario de Estado. En contestación ha tenido el honor y satisfacción de recibir el siguiente:

Santo Padre agradece homenaje, bendice V. I. toda diócesis.

CAR. MERRY DEL VAL.

Recibamos todos con reverencia y profunda gratitud la bendición de Su Santidad y continuemos pidiendo al Señor en nuestras oraciones que conserve su preciosa vida.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

PII

DIVINA PROVIDENTIA

PAPAE X

CONSTITUTIO APOSTOLICA DE ROMANA CURIA

PIVS EPISCOPVS

SERVUS SERVORUM DEI, AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Sapienti consilio sa. me. Pontifex Xyxtus V, Decesorum vestigiis inhaerens eorumque coepta perficiens, sacros Cardinalium coetus, seu Romanas Congregaciones, quarum aliquot iam erant ad certa negotia institutae, augeri numero voluit, ac suis quamque finibus contineri. Quare Apostolicis Litteris, die XXII mensis Ianuarii an. MDLXXXVII, queis initium *Immensa*, eiusmodi Congregationes constituit quindecim, ut «partita inter eos aliosque romanae Curiae magistratus ingenti curarum negociorumque mole,» quae solet ad Sanctam Sedem deferri, iam necesse non esset tam multa in Consistorio agi ac deliberari, simulque possent controversiae diligentius expendi, et celerius faciliusque eorum expediri negotia, qui undique, sive studio religionis ac pietatis, sive iuris persequendi, sive gratiae impetranda, aliisve de causis ad Summum Pontificem configurerent.

Quantum vero utilitatis ex sacris his Congregationibus accesserit sive ad ecclesiasticam disciplinam tuendam, sive ad iustitiam administrandam, sive ad ipsos Romanos Pontifices relevandos, crescentibus in dies curis negotiisque distentos, compertum ex Ecclesiae historia exploratumque omnibus est.

Verum decursu temporis ordinatio Romanae Curiae a Xysto V potissimum per memoratas Apostolicas Lit-

teras constituta, haud integra perstitit. Nam et Sacra-
rum Congregationum numerus, pro rerum ac tempo-
rum necessitatibus, modo auctus est, modo deminutus;
atque ipsa iurisdictio unicuique Congregationi primi-
tus attributa, modo novis Romanorum Pontificum
praescriptis, modo usu aliquo sensim inducto ratoque
habito, mutationibus obnoxia fuit. Quo factum est ut
hodie singularum iurisdictio, seu *competentia*, non om-
nibus perspicua nec bene divisa evaserit; plures ex
Sacris Congregationibus eadem de re ius dicere vale-
ant, et nonnullae ad pauca tantum negotia expedienda
redactae sint, dum aliae negotiis obruuntur.

Quapropter haud pauci Episcopi ac sapientes viri,
maxime vero S. R. E. Cardinales, tum scriptis tum voce
et apud Decessorem Nostrum fel. rec. Leonem XIII, et
apud Nos ipsos saepe institerunt ut opportuna reme-
dia hisce incommodis afferrentur. Quod Nos quidem
pro parte praestare curavimus datis Litteris die VII
mensis Decembris anno MCMIII, *Romanis Pontificibus*;
aliisque datis die XXVIII Mensis Ianuarii anno MCMIV,
Quae in Ecclesiae bonum; itemque aliisque datis die
XXVI mensis maii anno MCMVI, *Sacrae Congregatiōni*
super negotiis.

Cum vero in praesenti res quoque sit de ecclesiasti-
cis legibus in unum colligendis, maxime opportunum
visum est a Romana Curia ducere initium, ut ipsa, modo
apto et omnibus perspicuo ordinata, Romano Pontifici
Ecclesiaeque operam suam praestare facilius valeat
et suppetias ferre perfectius.

Quamobrem, adhibitis in consilium pluribus S. R.
E. Cardinalibus, statuimus ac decernimus, ut Congre-
gationes, Tribunalia et Officia, quae Romanam Curiam
componunt et quibus Ecclesiae universae negotia per-
tractanda reservantur, post ferias autumnales decu-
rrentis anni, hoc est a die III mensis Novembris
MCMVIII, non alia sint, praeter consueta sacra Con-
sistoria, quam quae praesenti Constitutione decernun-

tur eaque numero, ordine, competentia, divisa et constituta maneant his legibus, quae sequuntur.

I

SACRAE GONGREGATIONES

1.^o—Congregatio Sancti Officii.

1. Haec Sacra Congregatio, cui Summus Pontifex praeest, doctrinam fidei et morum tutatur.

2. Eidem proinde soli manet iudicium de haeresi aliquo criminibus, quae suspicionem haeresis inducunt.

3. Ad ipsam quoque devoluta est universa res de Indulgentiis, sive quae doctrinam spectet, sive quae usum respiciat.

4. Quidquid ad Ecclesiae praecepta refertur, uti abstinentiae, ieiunia, festa servanda, id omne, huic Sacro Consilio sublatum, Congregationii Concilii tribuitur; quidquid ad Episcoporum electionem spectat, sibi vindicat Congregatio Consistorialis; relaxationem vero votorum in religione seu in religiosis institutis emissorum, Congregatio negotiis sodalium religiosorum praeposita.

5. Etsi peculiaris Congregatio sit constituta *de disciplina Sacramentorum*, nihilominus integra manet Sancti Officii facultas ea cognoscendi quae circa privilegium, uti aiunt, Paulinum, et impedimenta disparitatis cultus et mixtae religionis versantur, praeter ea quae attingunt dogmaticam de matrimonio, sicut etiam de aliis Sacramentis, doctrinam.

2.^o—Congregatio Consistorialis.

1.^o Duas haec Sacra Congregatio, easque distinctas partes complectitur:

2. Ad primam spectat non modo parare agenda in Consistoriis, sed praeterea in locis Congregationi de

Propaganda Fide non obnxiis novas dioeceses et *capitula* tum *cathedralia* tum *collegiata* constituere; dioeceses iam constitutas dividere; Episcopos, Administratores Apostolicos, Adiutores et Auxiliarios Episcoporum eligere; canonicas inquisitiones seu *processus* super eligendis indicere actosque diligenter expendere; ipsorum periclitari doctrinam. At si viri eligendi vel dioeceses constituendae aut dividendae sint extra Italiam, administri Officii a publicis negotiis, vulgo *Secretariae Status*, ipsi documenta excipient et *Positionem* conficient, Congregationi Consistoriali subiiciendam.

3. Altera pars ea omnia comprehendit, quae ad singularium dioecesum regimen, modo Congregationi de Propaganda Fide subiectae non sint, universim referentur, quaeque ad Congregationes Episcoporum et Concilii hactenus pertinebant, et modo Consistoriali tribuuntur. Ad hanc proinde in posterum spectent vigilantia super impletis vel minus obligationibus, quibus Ordinarii tenentur; cognitio eorum quae ab Episcopis scripto relata sint de statu suarum dioecesum; indictio apostolicarum visitationum, examenque earum quae fuerint absolutae, et, post fidelem rerum expositionem ad Nos delatam singulis vicibus; praescriptio eorum, quae aut necessaria visa fuerint aut opportuna; denique omnia quae ad regimen, disciplinam, tempora-
lem administrationem et studia Seminariorum perti-
nent.

4. Huius Congregationis erint, in conflictatione iurium, dubia solvere circa *competentiam* Sacrorum Congregationum.

5. Huius Sacri Consilii Summus Pontifex perget esse Praefectus. Eique Cardinales a *Secretis* S. Officii et *Secretarius Status* semper ex officio accensentur, praeter alios, quos Summus Pontifex eidem adscribendos cen-
suerit.

6. A *Secretis* semper esto Cardinalis a Summo Pon-
tifice ad id munus eligendus; alter ab ipso erit Praela-

tus, cui *Adsessoris* nomen, qui idem fungetur munere a secretis Sacri Collegii Patrum Cardinalium, et sub ipso sufficiens administrorum numerus.

7. Consultores huius Congregationis erunt *Adsessor* Sancti Officii, et a *Secretis* Congregationis pro negotiis eclesiasticis extraordinariis, durante munere; quibus accident alii, quos Summus Pontifex elegerit.

3.°—Congregatio de disciplina Sacramentorum.

1. Est huic Sacrae Congregationi proposita universa legislatio circa disciplinam septem Sacramentorum, incolumi iure Congregationis Sancti Officii, secundum ea quae superius statuta sunt, et Sacrorum Rituum Congregationis circa caeremonias quae in Sacramentis conficiendis, ministrandis et recipiendis servari debent.

2. Itaque eidem Congregationi tribuuntur ea omnia, quae huc usque ab aliis Congregationibus, Tribunali bus aut Officiis Romanae Curiae decerni concedique consueverant tum in disciplina matrimonii, uti dispensationes in foro externo tam pauperibus quam diviti bus, sanationes in radice, dispensatio super rato, separatio coniugum, natalium restitutio seu legitimatio prolis; tum in disciplina aliorum Sacramentorum, uti dispensationes ordinandis concedenda, salvo iure Congregationis negotiis religiosorum sodalium praepositae ad moderandam eorumdem ordinationem; dispensationes respicientes locum, tempus, conditiones Eucharistiae sumendae, Sacri litandi; adservandi Augustissimi Sacramenti; aliaque id genus.

3. Quaestiones quoque de validitate matrimonii vel Sacrae Ordinationis, aliasque ad Sacramentorum disciplinam spectantes, eadem Congregatio dirimit, incolumi iure Sancti Officii. Si tamen eaden Congregatio iudicaverit huiusmodi questiones iudicario ordine servato esse tractandas, tunc eas ad Sacrae Romanae Rotae Tribunal remittat.

4. Congregationi huic, quemadmodum ceteris omnibus quae sequuntur, erit Cardinalis Praefectus, qui praeerit Sacro Ordini, aliquot Patribus Cardinalibus a Pontifice Summo eligendis confiato, cum *Secretario* allisque necessariis administris et consultoribus.

4.º—Congregatio Concilii.

1. Huic Sacrae Congregationi ea pars est negotiorum commisio, quae ad universam disciplinam Cleri saecularis populique christiani refertur.

2. Quamobrem ipsius est curare ut Ecclesiae praecpta serventur, cuius generis sunt ieiunium (excepto eucharistico quod ad Congregationem de disciplina Sacramentorum pertinet) abstinentia, decimae, observatio dierum festorum, cum facultate opportune relaxandi ab his legibus fideles, moderari quae Parochos et Canonicos spectant; item quae pias Sodalitates, pias uniones, pia legata, pia opera, Missarum stipes, beneficia aut officia, bona ecclesiastica, arcas nummarias, tributa dioecesana, aliaque huiusmodi, attingunt. Videt quoque de iis omnibus, quae ad immunitatem ecclesiasticam pertinent. Eidem Congregationi facultas est reservata eximendi a conditionibus requisitis ad assecurationem beneficiorum, quoties ad Ordinarios eorum collatio spectet.

3. Ad eamdem pertinent ea omnia quae ad Conciliorum celebrationem et recognitionem, atque ad Episcoporum coetus seu *conferentias* referuntur, suppressa Congregatione speciali, quae hactenus fuit, pro Conclitorum revisione.

4. Est autem haec Congregatio Tribunal competens seu legitimum in omnibus causis negotia eidem commissa spectantibus, quas ratione disciplinae, seu, ut vulgo dicitur, *in linea disciplinari* pertractandas iudicaverit; cetera ad Sacram Romanam Rotam erunt deferrenda.

5. Congregationi Concilii adiungitur et unitur, quae Congregatio specialis, ea quae *Lauretana* dicitur.

5.—Congregatio Negotiis Religiosorum Sodalium Praeposita.

1. Haec Sacra Congregatio iudicium sibi vindicat de iis tantum, quae ad Sodales religiosos utriusque sexus tum solemnibus, tum simplicibus votis adstrictos, et ad eos qui, quamvis sine votis, in communi tamen vitam agunt more religiosorum, itemque ad tertios ordines saeculares, in universum pertinent, sive res agatur inter religiosos ipsos, sive habita eorum ratione cum aliis.

2. Quapropter ea omnia sibi, moderanda assumit, quae sive inter Episcopos et religiosos utriusque sexus sodales intercedunt, sive inter ipsos religiosos. Est autem Tribunal competens in omnibus causis, quae ratione disciplinae, seu, ut dici solet, *in linea disciplinari* aguntur, religioso sodali sive convento sive actore; ceterae ad Sacram Romanam Rotam erunt deferendae incolumi semper iure Sancti Officii circa causas ad hanc Congregationem spectantes.

3. Huic denique Congregationi reservatur concessio dispensationum a iure communi pro sodalibus religiosis.

(*Prosequetur.*)

SAGRADA CONGREGACIÓN DE RITOS

Decreto extendiendo á tcda la Iglesia la fiesta de la aparición de la Virgen de Lourdes.

URBIS ET ORBIS

Immaculatae Mariae Virginis vulgatum nomen *de Lourdes*, e celeberrimis ipsius Deiparae apparitionibus quae prope Lapurdum, Tarbiensis Dioecesis oppidūm,

anno quarto a dogmatica definitione de Immaculato Conceptu eiusdem Virginis evenerunt, quum in dies magis magisque inclarerit, simulque Fidelium pietas et cultus ob innumera exinde accepta beneficia, saepissime additis prodigiis, ubique terrarum mirifice adactus sit; multi Romanae Ecclesiae Patres Purpurtati, ac pluri ni sacrorum Antistites et Praesules e cunctis orbis regionibus, praeeunte Episcopo Tarbiensium, Sanctissimo Domino Nostro Pio Papae X supplicia vota enixe porrexerunt rogantes, ut festum Apparitionis B. M. V. Immaculatae, vulgo *de Lourdes*, a fe. re. Leone XIII potentibus tantummodo Ecclesiis et Religiosis Familiis concessum, ad universam Catholici Orbis Ecclesiam supra Auctoritate Sua benigne extendere dignaretur.

Quare Sanctitas Sua, exceptis libentissime eiusmodi precibus, Praedecessorum suorum vestigiis inhaerens, qui Lapurdense Sanctuarium permultis attributis privilegiis coherestarunt; innumeris quoque peregrinationibus permotus, quae, mira sane Fidci professione, frequentissimo Fidelium turmarum concursu numquam intermisso ad memoratum Sanctuarium peraguntur: maxime vero pro Suamet erga Dei Genitricem primaeva labe expertem constanti pietate, ac spe fretus ob ampliorem Immaculatae Virginis cultum, rebus in arctis, Christi Ecclesiae adactum iri potens Ipsius opiferae auxilium, festum Apparitionis B. M. V. Immaculatae, quod a plurimis Dioecesibus et regularibus Familiis iamdiu celebratur, inde ab anno insequenti, qui a Deiparae Virginis ad Gavi Fluminis oram apparitionibus quinquagissimus erit, vel a nongentesimo nono supra millesimum, in universalis Ecclesia sub ritu duplii maiori, cum Officio et Missa iamdiu approbatis, undecima die Februarii quotannis recolendum iussit, servatis Rubricis et Decretis. Praesens vero Decretum per me infrascriptum Cardinalem Sacrorum Rituum Congregationi Praefectum expediri mandavit,

Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 13 Novembris 1907.

SERAPHINUS, Card. CRETONI
S. R. C. Praefectus.

L. † S.

DIOMEDES PANICI, Archiep. Laodicen.,
S. R. C. Secretarius.

Die 11 Februari

IN FESTO

APPARITIONIS B. M. V. INMACULATAE
DUPLEX MAIUS

Officium et Missa propria, a S. R. C. approbata, die 11 Iulii 1890, cum sequenti additione ad calcem VI. Lectionis:

«Tandem Pius X Pontifex Maximus, pro sua erga Deiparam pietate, ac plurimorum votis annuens sacrorum Antistitum, idem festum ad Ecclesian universam extendit.»

Sanctissimus Dominus Noster Pius Papa X, referente me infrascripto Cardinali sacrorum Rituum Congregationi Praefecto, supraescriptam additienem inserandom Officio proprio de Apparitione B. Mariae Virginis Immaculatae, benigne approbare dignatus est. Die 27 Novembris 1907.

SERAPHINUS Card. CRETONI
S. R. C. Praefectus.

L. † S.

DIOMEDES PANICI, Archiep. Laodicen.,
S. R. C. Secretarius.



SEGUNDO CONGRESO NACIONAL DE MÚSICA SAGRADA

EXTRACTO DEL REGLAMENTO

DEL FIN Y DISTRIBUCIÓN DEL CONGRESO

Art. 1.^º El fin ú objeto del Congreso es estudiar y acordar los medios de llevar á práctica la reforma de la música religiosa en España, con estricta sujeción á los preceptos contenidos en el *Motu proprio* de Ntro. Smo. Padre el Papa Pio X. y bajo la dirección de Rvdmos. Prelados.

Art. 2.^º Para procurar este fin, el Congreso celebrará sesiones privadas y solemnes: en aquellas se dará cuenta de los trabajos presentados y se acordarán las conclusiones prácticas que habrán de proponerse en la última sesión solemne del Congreso para su aprobación definitiva; y en éstas se ejecutarán obras escogidas de todos los géneros que abraza la música religiosa por vía de modelo y ejemplo.

Art. 3.^º Al objeto de facilitar los trabajos del Congreso en orden al estudio y solución práctica de las diversas cuestiones que comprende, se dividirá en cuatro secciones, á cada una de las cuales corresponderá respectivamente el estudio de las materias que expresa su título por el orden siguiente: Sección 1.^a; Del canto gregoriano; Sección 2.^a: de la música figurada; Sección 3.^a: De la música orgánica é instrumental, y Sección 4.^a: De propaganda, organización y personal.

Art. 6.^º Todos los trabajos que hayan de remitirse á las Secciones del Congreso, y que habrán de responder al *Cuestionario* aprobado para cada una de ellas, que se inserta al final de este Reglamento, habrán de recibirse dirigidos al señor Secretario de la Junta Organizadora del Congreso musical de Sevilla (Palacio Arzobispal) antes del día 31 de Octubre del corriente en que quedará cerrado el plazo de admisión.

Art. 7.^o Las sesiones solemnes del Congreso se celebrarán en los días 12, 13, 14 y 15 del próximo mes de Noviembre con sujeción al *Programa* que al final se acompaña.

CAPITULO II

DE LOS CONGRESISTAS

Art. 8.^o Estos se clasificarán en *activos* y *protectores*.

Art. 11. A fin de estimular el celo de los ilustrados profesores de música sagrada, de cuya cooperación lo espera todo la Junta organizadora, se crea una tercera categoría de socios que se llamarán *de mérito* y á la que pertenecerán sólos los que remitan algún trabajo á las Secciones, en las condiciones fijadas en el art. 6.^o Los socios *de mérito* que no se inscriban como *activos* tendrán el derecho de asistir á las sesiones solemnes, y de las privadas sólo á las de la Sección á que el trabajo presentado corresponda.

Art. 12. La cuota de inscripción de socios será: De 10 pesetas para los *activos*, de 7 pesetas para los *protectores*, y de 5 pesetas para los *de mérito*. Cantidades que se harán efectivas al inscribirse.

ARTÍCULO ADICIONAL

La Junta Organizadora se reserva el derecho de ampliar el Reglamento anterior si lo considerase necesario, é interpretar en caso de duda las disposiciones contenidas en él.

PROGRAMA DEL CONGRESO

DÍA 1.^o

Mañana.—Misa solemne; y á continuación sesión de apertura del Congreso con la siguiente distribución.

Canto del *Veni Creator*.

Discurso inaugural.

Lectura de comunicaciones y adhesiones.

Oremus pro Pontifice nostro Pio (canto).

Tarde.—Concierto de órgano.

DÍA 2.^º

Mañana.—Reunión del Congreso en secciones.

Tarde.—2.^a Sesión del Congreso.

Conferencia sobre el canto gregoriano con ejemplos.

Conferencia sobre canto religioso popular con ejemplos.

DÍA 3.^º

Mañana.—Reunión de las secciones del Congreso.

Tarde.—Concierto de música polifónica.

DÍA 4.^º

Mañana.—Misa Pontifical con voces, órgano y orquesta.

Tarde.—Solemne sesión de clausura del Congreso.

Canto del *Veni Creator*.

Lectura de conclusiones para su aprobación definitiva.

Discurso de despedida.

Oremus pro Pontifice nostro Pio (canto).

Noche—*Te-Deum* solemne.

Bendición con el Smo. Sacramento y reserva.

Procesión claustral que terminará en la R. Capilla de Nuestra Señora de los Reyes con una solemne *Salve*.

NOTA Los Señores de esta Diócesis que deseen inscribirse como socios de dicho Congreso lo manifestarán á esta Secretaría de Cámara.

SEMINARIO CONCILIAR DE OSMA
SECRETARIA

Desde el día 15 de Septiembre hasta el 23 del mismo inclusive estará abierta en esta Secretaría la matrícula para el curso próximo de 1908-1909. El 21 y 22 tendrán lugar los exámenes extraordinarios conforme á las disposiciones que han regido en años anteriores.

Los alumnos que se matriculen en clase de internos habrán de pernoctar en el Seminario el dia 23 y los externos estarán en esta Villa el dia 24 para asistir á los Ejercicios espirituales que empezarán dicho día á la hora que se designe.

Según disposición de años anteriores habrán de asistir á los referidos ejercicios todos los que, habiendo terminado sus estudios, hayan de pretender órdenes dentro del mencionado curso.

La apertura del mismo tendrá lugar el día 1.^o de Octubre á la hora que previamente se señale.

Los Sres. Curas párrocos y Ecónomos se servirán dar conocimiento de las precedentes disposiciones á todos aquellos á quienes pudieran interesar.

Burgo de Osma 13 de Agosto de 1908.

El Secretario de Estudios,
DR. MANUEL GUTIERREZ.

AGENDA IN COLLATIONE 9.^a DIE 3.^a SEPTEMBRIS ANNI 1908

QUAESTIO MORALIS

Quid et quotplex sit conscientia? Quaenam sequenda, et an liceat agere cum conscientia practice dubia? Divisio dubii.

CASUS

Felix adolescens apud confesarium se acusat quod cogitationes saepe malas suo animo nutrivit, sed non

eas confessus est, putans per longus tempus peccatum adesse tantum in opere. Idem fatetur, quod in judicium vocatus, licet juramentum praestiterit de dicenda veritate, mendacium dixerit, idque reputavit omnino necessarium ad salvandum amicum a diurno et duro carcere: postremo confitetur quod gravi laborans morbo per annum Missam omisserit, et abstinentiam ac jejunium non servaverit. Quaeritur: Quid sit conscientia erronea et an eam quis sequi possit? An et quomodo peccaverit Felix in singulis exposit?

QUAESTIO LITURGICA

Quid praecipit rubrica de praeparatione Sacerdotis celebrantis? An adsit obligatio recitandi quinque psalmos aliasque preces in Missali asignatas?

AGENDA IN COLLATIONE 10.^a DIE 17 SEPTEMBRIS.

QUAESTIO MORALIS

Quid et quotplex probabilitas, quid opinio, quid vero dubium et in quo differunt? Quid demum probabilismus et an sit licitus?

CASUS

Bonifacius confessarius sic arguit: aut probabilismus verus est, et in omni casu verus est, aut si vel in uno casu falsus, semper falsus est. Hinc non dubitat asserere probabilismum deberi extendi etiam ad sigillum sacramentale, quia quod speculative verum est, practice quoque verum est. Alias probabilem sequens opinionem, obligationem impossuit suo poenitenti restitutionis, a qua jam liberatus fuerat ab alio confesario, qui probabilem quoque amplexus fuerat opinionem in favorem sui poenitentis; hic vero, cum restituere recusset, reponit Bonifacius; agi de

justitia, in qua probabilitas locum non habet; ergo saltem pro rata dubii aut probabilitatis restituendum est. Quid de Bonifacio dicendum im primo casu? An in secundo teneatur restituere erga suum poenitentem?

QUAESTIO LITURGICA.

Paramenta ubi induenda? Potest vel debet sacerdos accipere Missale, inquirire Missam legendam, signacula ordinaria et lavare manus?

Suscripción extraordinaria con motivo del Jubileo Sacerdotal
de Su Santidad Pio X.

	Ptae Cts.
<i>Suma anterior.....</i>	<i>1999 31</i>
Párroco y feligreses de Las Fraguas.....	0 50
Idem idem de La Cuenca.....	1 »
Idem idem de Rioseco.....	6 »
Idem idem de Muriel de la Fuente.....	2 50
Párroco de Zuzones.....	2 »
Idem de Arancón.....	0 75
Idem de Castilfrio.....	1 »
Idem de Los Llamosos.....	5 »
Idem de Piquera.....	2 »
Idem de Miñana.....	2 »
Idem de Mazateron.....	12 50
<i>Suma y sigue.....</i>	<i>2,034 36</i>

NECROLOGÍA.

El día 11 de los corrientes falleció á la edad de 78 años, fortalecido con los Santos Sacramentos, D. José Herzs Uyarra, Párroco de Cañamaque.

Pertenecía á la Hermandad Diocesana de Sufragios.

R. I. P.